Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-205512-p0001-2

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-205512-p0002-8

7.
1757 2# 11

EX DOCTRINA
DE
# COMPENSATIONIBVS
*CONTROVERSA*
*QVAEDAM CAPITA*
PRAESIDE
## ERNESTO MARTINO CHLADENIO D
INSTITVTIONVM PROFESSORE PVBLICO ORDINARIO
CVRIAE PROVINCIALIS SCABINATVS ET FACVLTATIS
IVRIDICAE ITEMQVE IVDICII PROVINCIALIS IN
MARCHIONATV INFERIORIS LVSATIAE
ASSESSORE
H. T. ACADEMIAE RECTORE
*DIE XX. IVNII A. R. S. cIↃ IↃ CCLVII*
PVBLICE VENTILANDA
PROPONIT
## IOANNES DANIEL GOTTLOB HARZMANNVS
COLDICENSIS MISNICVS

*VITEMBERGAE*
LITERIS SCHLOMACHIANIS

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-205512-p0003-3

# I

Compenſationis quidem requiſitum eſt, ut debitum, quod compenſari debet, ſit liquidum. *L. 14. C. de Compenſationibus.* Add. *Conſtit. Elect. Sax. Part. II. Conſtit. VIII.* Saepe tamen audiendus eſt, qui illiquidi compenſationem opponit. Conſ. LÜDER. MENCKENIVS *Synopſ. Pandect. Lib. XVI. Tit. II. §. 8.* et NIC. CHRISTOPH. L. B. DE LYNCKER *Reſponſ. LXXXVIII. num. 28.*

# II

Debitor, qui iurauit, ſe ſoluturum eſſe, tamen creditori, ſolutionem petenti, exceptionem compenſationis opponere poteſt, nec periurii reus dicendus eſt. Obſtare videtur *C. 7. X. de Iureiur.* ubi debitori, qui iurauit, denegatur compenſatio fructuum, quos creditor ex pignore percepit. Sed uid. WOLFG. ADAM. LAVTERBACHII *Colleg. Theor. Pract. ad Pand. Lib. XVI. Tit. II. §. 6.* et IO. HENR. DE BERGER *Oecon. Iur. Lib. III. Tit. XV. §. IV. not. 2. lit. β.*

# III

In delictis locum eſſe compenſationi, diſerte admittitur in *L. 39. et 47. D. ſoluto matrimonio.* Add. *L. 36. D. de dolo malo.* Defendi tamen et hoc poteſt, quod mutua delicta per compenſationem non tollantur, licet INNOCENTIVS III. in *C. fin. X. de adulteriis* dicat, paria crimina compenſatione mutua deleri.

# IV

Ceſſionario, qui debitum ceſſum exigit a debitore, opponi poteſt compenſatio eius, quod cedens huic debet. Nec intereſt, utrum ceſſio facta ſit ex cauſa lucratiua, an ex cauſa oneroſa. Diſſentit DAV. MEVIVS *Part. IV. Deciſ. CXL.* ſed conf. SAM. STRYKII *Vſ. Modern. Pand. Lib. XVI. Tit. II. §. VI.*

# V

Fideiuſſor, ſi conueniatur, creditori agenti opponere poteſt compenſationem eius, quod hic debitori principali debet. Grauiter obſtat *L. 9. C. de Compenſationibus*, quae ſic concepta: *Eius, quod non ei debetur, qui conuenitur, ſed alii, compenſatio fieri non poteſt.* Sed uid. IO. BRVNNEMANNVS in *Comment. ad Pand. ad hanc Legem 9. num. 2.* et BENED. CARPZOVIVS *Reſponſ. Iur. Elect. Lib. II. Reſponſ. CIII. num. 1. ſequ.*



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-205512-p0007-6

## VI

Bened. Carpzovivs in *Iuriſprud. For. Rom. Saxon. Part. II. Conſt. XXV. Def. XVII. num. 8.* retentionem, ait, eſſe quandam compenſationem, et ſunt, qui eam temporalem compenſationem appellant. Proprie tamen ſpecies compenſationis dici non poteſt retentio.

## VII

Quamuis compenſatio ipſo iure fieri dicatur in *L. 10. §. 1.* et *L. 21. D. de Compenſat.* item in *L. 4. C. eod.* tamen a reo alleganda eſt in iudicio. Hinc fallit illa, quam nonnulli defendunt, ſententia, compenſationem fieri etiam inuito debitore. Vid. Gottl. Gerh. Titivs *Iur. Priuat. Rom. Germ. Lib. V. Cap. XIII. §. 3. et 31.*

# VIII

Si debitor, compenſationem opponens, creditori ex pluribus cauſis ſit obligatus, et dubium ſit, in quam ſummam debitum compenſandum imputari debeat, nec debitori, nec creditori, electio competit. Diſſentiunt ab inuicem in hoc argumento DAV. MEVIVS *Part. I. Deciſ. CXVI.* et *Part. VII. Deciſ. LII.* et IO. HENR. DE BERGER *Elect. Diſcept. For. Part. II. Supplem. p. 350.* Ille enim debitori, hic vero creditori, tribuit electionem. Nec obſtat nobis *L. 1. D. de Solutionibus.* Haec potius noſtram ſententiam firmat.

# IX

Nomen uerum non eſt, quod per compenſationem eliditur. Vid. CHRIST. WILDVOGELIVS *Reſponſ. CXXVII. num. 24.*



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-205512-p0009-0

# X

Poſſeſſor rei alienae, cui reſtitutio rei cum fructibus per ſententiam iniuncta eſt, ſiue in bona, ſiue in mala, fuerit fide, audiendus eſt, ſi compenſationem impenſarum, in fructus factarum, urgeat, licet exceptio compenſationis nec poſt litis conteſtationem ab eo oppoſita, nec in ſententia condemnatoria ei reſeruata ſit. Obſtare uidetur *L. 27. §. 25. D. ad L. Aquil.* Sed conf. QV. SEPT. FLOR. RIVINI *Enunc. Iur. ad O. P. S. Tit. XI. Enunc. LXII.*

Wittenberg, Diss., 1756-58

ULB Halle 3
003 608 042

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-205512-p0011-8

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-205512-p0012-3

7.
1759
2 # 11

EX DOCTRINA
DE
# COMPENSATIONIBVS
*CONTROVERSA*
*QVAEDAM CAPITA*

PRAESIDE
## ERNESTO MARTINO
## CHLADENIO D
INSTITVTIONVM PROFESSORE PVBLICO ORDINARIO
CVRIAE PROVINCIALIS SCABINATVS ET FACVLTATIS
IVRIDICAE ITEMQVE IVDICII PROVINCIALIS IN
MARCHIONATV INFERIORIS LVSATIAE
ASSESSORE
H. T. ACADEMIAE RECTORE

*DIE XX. IVNII A. R. S. cIↄIↄCCLVII*

PVBLICE VENTILANDA
PROPONIT
## IOANNES DANIEL GOTTLOB
## HARZMANNVS
COLDICENSIS MISNICVS

*VITEMBERGAE*
LITERIS SCHLOMACHIANIS

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-205512-p0013-9